Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36531
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

ds agnoscitur: Quia enim est una est totum. Licet diuerse sint res: ex aliqua tam
parte inuicem similes sunt. Sciunt enim legem romani quia non sunt barbari.
sed comprehenderunt naturale iusticiam partim ex se partim ex grecis sicut
& greci ex hebreis. Nam leges romanis ex athenis allate sunt. Non ignoranti
bus enim legem dicit: quia lex dominatur homini quanto tempore uiuit. Non
est occultum omne uitam hominis esse sub lege natura. Hec lex enarrabilis e.
Hunc u aliam proposuit specialem. per quam uult probare assertionem suam. Grada
tim enim uult tradere uoluntatem. Dicit ergo. Nam que sub uiro e mulier:
uiuente uiro alligata e lege uiri. Qd si mortuus fuerit uir eius: soluta e
a lege uiri. Igitur uiuente uiro uocabitur adultera. si fuerit iuncta alteri
uiro. Hec lex de euangelio e non ex moyse. neq; ex iusticia terrena aliqd
ex lege moysi addiscentes: perfecti sunt per euglium xpi. Sequenti ergo
exemplo apcius suadet xpianis mundum exutum esse a lege factorum. non
ab omni lege. nec ultra ia expedire ee sub lege. ne gram di euacuet re
uersus sub lege. quia gra di liberauit hominem a lege. ut spu id e mente
seruiat do. Sicut enim mulier mortuo uiro libera e a lege uiri. non a lege
nature. ita & qui gra di liberati a lege s aqua tenebantur rei. ut mortua
illis sit. ut xpianis. mo iuncti non sint adulteri. Si enim lex apud illos ui
uit adulteri s. & nihil illis poterit dici xpianos: immo obnoxii erunt
ultioni. Hec enim legis erit adulter sed euangelii. qui mortua lege iunc
tus euglio. post redit ad legem. Mortua enim lex dicitur quando non tenet
reus cognitor legis. Qd si mortuus fuerit uir liberata e a lege. ut
non sit adultera si fuerit iuncta alteri uiro. Sublata a lege. accepta re
missione peccatorum. & iuncti euglio. non sunt adulteri legis: quia mor
tua apud illos e. Si au seruientes legi accedere se putant ad euglium.
erunt adulteri. quia uiua lege iunxerunt se fidei. erunt in utroq;
adulteri. Itaq; fres mei. & uos mortificati estis legi per corpus xpi. Quo
saluator corpus suum cum a diabolo se crucifigendum permisit. sciens ee
pro nobis contra illum. idcirco per corpus xpi saluos nos dicit factos. Mori
enim legi. uiuere do est. quia lex dominatur peccatoribus. Cui q dimit
tunt peccata. moritur legi. hoc e liberari a lege. Per corpus itaq; xpi
hoc esequimur beneficium. tradens enim corpus saluator. morte uicit.
& peccatum damnauit. In ipso enim peccauit diabolus. cum illum innocen
tem occidit. & qui peccatum omnino nescirent. Cum enim hominem sibi pec
cati causa defenderet. inuentus e in eo reus in q accusabat. Hinc
factum e. ut omnis credentes in xpm eruantur a lege sublato peccato.
quia peccatum qui e diabolus per corpus xpi non habet auctoritatem in